Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



13

rapies Sicut aqua effusus su et dispersa sunt omnia os
sa mea Factum est cor meum tamquam cera liquescens in
medio ventris mei Aruit tamquam testa virtus mea et
lingua mea adhesit faucibus meis et in pulvere mortis
deduxisti me Quoniam circumdederunt me canes multi
plex malignantium obsedit me Foderunt manus meas
et pedes meos dinumerauerunt omnia ossa mea
Ipsi vero considerauerunt et inspexerunt me diuiserunt
sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sor
tem Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum ad
defensionem meam Conspice Erue a framea deus anima
meam et de manu canis vnicam meam Salua me ex
ore leonis et a cornibus vnicornium humilitatem meam
Narrabo nomen tuum fratribus meis in medio ecclesie lau
dabo te Qui timetis dominum laudate eum vniuersum
semen iacob glorificate eum Timeat eum omne semen
israel quoniam non spreuit neque despexit deprecationem pauperis et
auertit faciem suam a me et cum clamarem ad eum exaudiuit
me Apud te laus mea in ecclesia magna uota
mea reddam in conspectu timentium eum Edent pauperes
et saturabuntur et laudabunt dominum qui requirunt eum vi
uent corda eorum in sec̃l sec̃lorum Recordabuntur et conuertentur
ad dominum vniuerse fines terre Et adorabunt in
conspectu eius vniuerse familie gentium Quoniam ipsius est regnum et ipse dominabitur
omnium Manducauerunt et adorauerunt omnes pingues terre in conspec
tu eius cadent omnes qui descendunt in terram Et anima mea
illi viuet et semen meum seruiet ipsi Annunciabitur domino
generatio ventura et annunciabunt celi iustitiam eius populo
qui nascetur quem fecit dominus Alia p Sicut : Psalmus
Dominus regit me et michi nichil michi deerit in loco
pascue ibi me collocauit Super aquam refec
tionis educauit me Quoniam dominum est regnum et ipse dominabitur gentium